



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Pastorum Continens Doctrinas, & Industrias ad Pastorale  
Munus piè, fructuosè, ac securè obeundum pertinentes,  
Unà cum Casibus frequentiùs circa idem Officium  
occurrere solitis, & ex communiote ...**

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1678**

§. I. De fine & Instrumentis Pastoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49267](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49267)

ter & accuratè inspiciant, illaque DEI ad Moysen Exod. 15,  
verba sibi quoque dicta persuadeant: *Aspice, & fac secundum  
exemplar, quod tibi monstratum est.*

## §. I.

## De Fine &amp; Instrumentis Pastoris.

## F I N I S.

**D**EI honorem querere,  
*Vt magis dilatetur. a.*  
Seipsum non negligere,  
*Vt anima salvetur. b.*  
Et proximum perficere,  
*Vt Charitas servetur. c.*

a. Nam de Pastore quoque dicit Deus. Quoniam  
electio eius est mihi iste, ut portet nomen meum coram Gentibus  
Regibus, & Filiis Israël, Act. 9. b. Quid enim prodest homini  
si universum mundum lucretur, anima vero sua detrimentum  
patiatur? Matth. 16. c. Hinc quippe oritur summa digni-  
tas Pastoris; cum, teste D. Dionysio de cœl. Hier. c. 3. Omnis  
divinorum divinissimum sit, cooperari DEO in salutem hu-  
manarum.

## Instrumenta Pastoris.

Sufficiens Scientia  
*Ad munus adimplendum. a.*  
Major longè prudentia  
*Ad recte procedendum. b.*  
Et summa Sanctimonia. c.  
*Ad fructum faciendum. d.*

a. Ne audiat illud Osee c. 4. Tu repulisti scientiam  
ego repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi. b. Juxta illam  
Christi, Matth. 10. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio  
porum, Estote ergo prudentes sicut serpentes. c. Ut impli-  
llud DEI monitum: Sancti estote, quia ego sanctus sum. d.  
minus DEVS vester, Levit. 19. d. Sic enim velut palma  
jungitur cum Christo velut Vite, & sperare potest imple-  
iri, quod idem Christus dixit: Qui manet in me, & ego in  
hic fert fructum multum. Joan. 15.